Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



in cenaculo. Et nunc daniel regis iussa contemp
nens et in deo habens fiduciam. non orat in hu
mili loco sed in excelso. et fenestras aperit contra
ierlm ubi erat uisio pacis. Orat autem secdm preceptum
dei dictaq; salemonis. qui contra templum orandum
esse memorauit. Tria autem tempora quibus deo flectenda
sunt genua. terciam horam. sextam. et nonam. ecclastica
traditio intelligit. Deniq; tercia hora descendit
sup aplos spc scs. sexta uolens petrus comedere
ad orationem ascendit cenaculum. nona petrus
et iohs pgebant ad templum. Uiri g illi curiosius
inquirentes. inuenerunt danielem orantem et ob
secrantem dm suum. Ex hoc loco discimus ne
temere nos offeramus periculis. sed quantum in
nobis est insidias declinemus. Vnde et daniel non
in foro. n in plateis. faciebat contra regis imperium.
sed in abscondito. ut ueri dni dei omnipotentis
iussa n neglegeret. Rex numquid constituisti ut
omnis homo qui rogaret quemquam de diis et ho
minibus usq; ad dies. xxx. nisi a te rex. mitteretur
in lacum leonum. Tacent de danielis nomine.
ut cum rex generaliter se iussisse responderit. uerbo